Prologus ſup Tractatū de inſtructō-
ne ſeu directōne ſimpliciū ꝯfeſſorū Editū
a dn̄o Anthonino archiepō florentino.

DEfecerūt ſcrutātes ſcrutinio ait pſal
miſta. Scrutantes aliorum peccā ſūt
cōfeſſores. Scrutiniū autē eſt inqui
ſitio facta in confeſſione. In quo qꝛ
multi confeſſores deficiūt non bene ꝛ ſufficien-
ter ſe habētes in audientia cōfeſſionis conſe
quēter deficiūt etiā in ſe a gracia dei ꝛ multum
offendētes. Ne ergo deficiāt quod eſſe ad ſui ꝛ
aliorū pnicie diligēter cōſiderent ꝛ obſeruent
quod ait Augꝰ in decre. de pe. di. vi. c i. videlicꝫ
Caueat ſpūalis iudex vt ſicut non cōmiſit cri
men nequicie ita non careat munē ſcīe. Judi
ciaria enim ptās hoc expoſcit vt quod habeat
iudicare diſcernat. Diligens igitur inquiſitor
ꝛ ſubtilis inueſtigator ſapiēter ꝛ quaſi aſtute
interroget a penitente que forte pre verecūdia
vellet occultare. Hec ille. Vbi tria inſinuat p̄-
fatus doctor que requirūtur in ydoneo ꝯfeſſo
re. Et primū eſt ut habeat auctoritatē ſiue ptā-
tem abſoluendi competentē. Secūdū vt habeat
ſciaꝫ ad hmōi ſufficiētem. Terciū vt faciat int̄
rogacōnem de peccatis diligentem.